

Magyar Országos Levéltár

**E 227 - Magyar Kamara Archivuma
Libri donationum - 10. kötet - 442 - 444. oldal**

I. Lipót - Szajol birtok átruházása

1669. április 1.

res, et Institores, ac forenses homines, et Viatores quoslibet harum serie, affe-
curamus, affidamus, et certificamus, quatenus ad praedictas Numminal, seu fidei
annualia prout et hebdomadaliter libera per Nos in praememorato Oppido &
Thura modo praemissa perpetuo celebrari commissa, et concessa, cum omnibus
Mercantibus, Rebusque et bonis Vestris libere, securè, et absque omni pavore seu
formidine personarum, locumque, et Mercantiarum Vestrarum veniat, prope-
retis, & audeatis, peractisque ibi Negotiationibus Vestris omnibus iterum ad propria,
aut quo malueritis loca redeatis, salvo semper personis, atque Rebus Vestris,
sub nostra protectione, ac tutela speciali permanentibus. Et hoc volumus
per fora, et alia loca publica ubique palam facere proclamari. Presentes
autem quas Secreto Sigilli Nostri, quo ut Rex Hungariae utimur imper-
denti communi fecimus. Post earum lecturam iterum reddi volumus, et
jubemus presentanti. Datum in Cite omni Vienna Austriae die prima
Mensis Aprilis. Anno domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono
Regno nostro.

Consensus Regius super certis Literis Fisionalibus pro parte
Egriorum Michaelis Feyer, Mathia Trombita, Andrea Forst,
Demetrii Hegedus, ceterorumque Inhabitatorum Possionis Sajol
vocata, et in Cotta exteriori Kolnok existentis habitae us modo
infrascripto facta

1669. Nos Leopoldus de: Memoriae commendamur: Quod pro parte et in personis
fidelium nostrorum Egriorum Michaelis Feyer, Mathia Trombita,
Andrea Forst, Demetrii Hegedus, ceterorumque Inhabitatorum Possionis
Sajol vocata, et in Cotta exteriori Kolnok existentis habitae, exhibita sunt
nobis et presentia certa quaedam Litera, fidelium nostrorum Honqub-
lium Conventus Ecclesiae Sancti Benedicti de Inata Poon Fisionale
cessionales, in simplici papiro, et uno etiam, seu ternione constantes, in for-
ma libelli confecta, Sigilloque ejusdem Conventus Authentico, in secunda
earundem folie in medio impressione communita, quibus mediante
fidelis noster Egrius Georgius Dory de Boeffo, oneribus et quibusli-
bet Gravaminibus universorum filiorum, et filiarum natorum, et nascenti-
dorum, item Fratrum, Sororum, Amicorum prodimorum Consanguineorum
et Affiniorum suorum, quos videlicet praesens tangeret, et concerneret, seu tan-
gere et concernere posset Negotium, quomodolibet in futurum, per omnia in
se levatis, et assumptis una cum aliis Condonotariis suis utpote An-
drea Diosy, Nicolao Vukovich, et Paulo Mednyansky, non ita pri-
dem transactis temporibus, et Annis signatis in Anno domini Millesimo
Sexcentesimo Sexagesimo quinto. Die decima Mensis Augusti trans-
acti praeteriti, Totalem, et integram Curialem Possionem Sajol nuncu-
palam, inque praetato Cotta exteriori Kolnok existentem habitae, cum uni-
versis suis appertinentiis vigore certarum quarundam Literarum
Donationum Palatinalium suo modo emanatarum, Jure perpetuo obtulit,
certis ex respectibus, rationabilibusque de Causis supranominatis, et
charli

tionis Sajol, nostra modo quò supra potèta Matti, legia benignitè, exaudi-
 ta, clementer et admittit præinsertas literas dicti conventus Ecclesie fan-
 cti Benedicti de Jutta, non passionales, cessionales, non abrasas, non can-
 cellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, ac suspi-
 cione carentes, presentibus suis nostris de Verbo ad Verbum insertas, et in-
 scriptas, quoad omnes earundem Continentias, Clausulas, et Articulos, catenas,
 quatenus eadem rite et legitime existunt emanata, Viribusq; earundem
 Veritas suffragatus, ratas, gratas, et acceptas haberi, præinsertis personalibus
 Dationi, Donationi, atq; Collationi, Invisq; ac Domini proprietatis translati-
 onis et Derivati-
 onis, ac alijs omnibus, et singulis in iisdem literis passionali-
 bus, cessionalibus, superinde futuris denotatis, et expressis, nostrum Regni Consen-
 sum præbuerunt, imò præbent benevoluntatem pariter et assensum. Et nihil
 minus cum Nos ad non nullorum fidelium nostrorum humillimam suppli-
 cationem nostra propterea factam Matti, tum vero attentis, et consideratis
 fidelitè, et fidelibus servitijs præmemorati Michaelis Fejer, Mathie
 Trombitas, Andree Forö, Demetrii Hegedüs, et ceterorum Inhabitantium, prære-
 censite possessionis Sajol, quæ ipsa sacra primùm duci Regni nostri Hungariae
 Crono, et deinde Matti nostra pro locorum et temporum Varietate fidelitè
 exhibuit, et impendit, ac se se impostèrim quoque exhibiturum, et impendit
 pollicentur. Totum item, et omne Ins nostrum Regnum si quod in præfecta curial-
 possessione Sajol vocata, ac in præallegato Cotto exteriori Kolno existens habet,
 etiam aliter qualitercumq; haberemus, aut eadem nostra ex quibuscumq; Causis
 Vitis, modis, et Cationibus concerneret Mattem, simul cum cunctis suis Utili-
 tatibus, et pertinentijs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, etq;
 prætis, pasuis, campis, fanetis, sylvis, fanilibus, Nemoribus, et Montibus, Vallibus,
 Collibus, Vineis, Vinearumq; Promonhorij, Aquis, fluxijs, piscinis, piscatorijs,
 Piscinæ Clausuris, et stagnarum decursibus, Molendinis, et eorumdem locis,
 generalitèr vero quarumlibet Utilitatum, et pertinentiarum suarum integritatè
 quovis Nomine, Verabulo vocatis, sub suis iuris metis, et antiquis limitibus
 existentem, ad eandemq; Curiam Possionem, de Jure et ab antiquo spectantem,
 et pertinere debent, memorato Michaeli Fejer, Mathie Trombitas, Andree Fo-
 rö, Demetrio Hegedüs, et ceteris Inhabitantibus præfate possessionis Sajol,
 ipsorumq; hæredibus, et posteritibus utriusq; sexus universis sedimus
 donavimus, et contulimus. Imò damus, donamus, et conferimus, Jure
 perpetuo et irrevocabilitèr tenere, possidere, pacitèr et haberi. Salvo Jurisdictione
 præfereim verò Ecclesiarum Dni, Hanc omnia nostra Secretò sigillo nro, quo
 ut Rex Hungariae utimus impendentem Comunitarum, vigorem et Testimonium
 Earum, quas in forma Privilegij nostri regij facimus, dum nobis in fieri
 fuerint reposita. Datum per manus fidelis nostri nobis dilecti Rerib;
 Francisci Regij Episcopi Ecclesie Vindobensis, Consiliarij nostri, ac per dictum
 Regnum nostrum Hungariae Aule nostra cancellarij, in Cito nra
 Vienna Austria die prima Mensis Aprilis. Anno domini Millesimo
 sedentesimo sexagesimo nono, Regni nostri Romani Undecimo, Hungariae
 et reliquor decimo quarto, Bohemia verò Anno decimo Tertio.

Consensus Rex